



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Art. II. Quæ peccata distinguantur numero?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

vationes proximè distinguuntur specie à for-
 quibus privant; sed peccata formaliter sunt privationes rectitudinum oppositarum. Ratio tamen partis, quia rectitudo virtutis specificatur proxime ex objecto: ergo privatio rectitudinis ex toto remotè; *Ex quibus resolves.*

Peccata specie differunt, non tantum quæ differunt à virtutibus, sed etiam, quæ eidem opponuntur extremè; ut prodigalitas, & avaritia: vel etiam ratione diversa difformitatis, id est, quæ ad eam directionem & malitia ejusdem virtutis materiam contingunt, ut quantum est ex natura ejusdem peccati, non sit eadem facilitas, moraliter loquendo, quæ propensio utrumque peccatum committendi, qualia sunt homicidium, furtum, adulterium, detractio.

ARTICULUS II,

Quæ peccata distinguuntur numero?

Resp. Numero distinguuntur duobus modis. 1. Ex diversis objectis numero totalibus, non materialiter & physicè tantum, sed etiam formaliter & moraliter distinctis. 2. Per interruptionem actus moralis. *Fl. s. 21. c. 8.*

Dico, *moralis*: quia etsi ad distinctionem numericam physicè sufficiat quævis interruptio in ordine tamen ad confessionem, non multiplicatur, nisi moraliter multi sint, quia sicut in confessione actus moralis, ita etiam multiplicatio & distinctio moralis attendi debet,

Porro actus moraliter interrumpuntur, ita ut virtualiter, nec interpretativè manere censeantur.

1. Per contrariam voluntatem & propositum. 2. Per cessationem ab actu, voluntariam & liberam. 3. Per cessationem involuntariam & naturalem, si-
ve ea fiat per somnum, si-ve per distractionem ad alia. Per somnum quidem, quia cum in illo cesset usus rationis, non continuatur actio libera & moralis: per distractionem verò, quia per illam prior cogitatio fit involuntaria, ideoque si ad eam redeatur, fit voluntaria, & moraliter multiplicatur. Ita *Vasq. &c.* Quæ sententia, etsi in peccatis externis tenenda sit, in internis tamen non habet locum, secundum *Fill. tr. 21. cap. 8. num. 317.* Ratio, quia etsi per hanc interruptionem physicè actus multiplicetur, non tamen moraliter, quia hoc ipso quòd animus involuntariè distrahitur, remanet interpretativè prior voluntas, cum non sit retractata, aut aliter interrupta. *Vid. etiam Baldell. d. 21. n. 3.* Ex dictis resolves.

I. Unum numero peccatum committit, qui non actu odii, vel detractiois, fertur in 10. homines; qui uno ictu duos occidit; qui uno actu vult omittere officium horarium per mensem, jejunium per quadragesimam. Quia etsi hæc objecta physicè sint plura, sunt tamen unum moraliter & formaliter, quatenus in uno actu hic & nunc conjunguntur. Ita *Navar. Fill. Bonac. d. 2. q. 4. p. 1.* contra *Az. Vasq. &c.* qui satis probabiliter dicunt esse peccata distincta. Verum si ve 10. peccata dicas, odisse, v.g. 10. homines, si-ve unum, parum refert, cum unum hoc illis decē æquivalet, proindeq; objecti
gra-

gravitas in confessione exprimenda sit, quæ actum in suo esse individuali constituit, notat *Fill. Bon. Suar. de pœn. d. 22. f. 5.*

II. Actus voluntatis internus sæpius interruptus & repetitus, licet physicè sit multiplex, moraliter tamen est unum numero peccatum, in ordine ad confessionem, si consuminetur in opere quo externo, per eum intento & causato, aut etiam in pluribus actibus externis, sibi invicem subordinatis ad eundem finem: hinc v. gr. qui furat bibliothecam per totam noctem, etsi sæpius voluntatem furandi renovet, unum furtum; qui ad occidendum alium pergens, sæpe voluntatem renovat, unum homicidium committit. Ratio, quia est una actio externa, ab internis intenta & causata, in qua internæ complentur, & moraliter uniuntur. *v. Baldel. d. 2. num. 4.*

III. Actiones externæ, licet numero distinctæ ad eundem tamen finem, & actum principalem relatæ, modo non habeant distinctam ab illo moralitiam, non distinguuntur ab ipso fine, & actu principali, moraliter loquendo, & in ordine ad confessionem: hinc oscula, tactus, verba impudica, & copulam carnalem præcedentia, imò etiam continentia & subsequencia, tanquam complementa & appendices operis, unum numero peccatum sunt, ut docent *Nav. cap. 16. n. 17. Azor. l. 4. cap. 4. q. 6. Fill. & c.* Ratio, quia sunt vel initia, vel partes, vel complementa & appendices operis, ejusdem actus humani & objecti, in quo omnia prædicta moraliter uniuntur.

Dixi
sunt in
actu præ
stinguunt
glorietur
sunt sep
tom. 4. d.

De

RES
gra
namq; a
spiritua
tualem
Veni
& amic
minuat
tur, ve
scilicet
infert,
Resp
mortal
le ex go

Di-

Dixi, *complementa* : quia si similes actus non sunt initia vel partes copulæ subsecuturæ, aut ex actu præterito ex natura rei non consequantur, distinguuntur numero; ut v. g. si quis de fornicatione gloriatur: proindeq; illi in confessione explicandi sunt separatim, non autem priores, ut docet *Suar. tom. 4. de pœn. d. 22. s. 1.*

CAPUT II.

De Peccatis in specie, mortali & veniali.

DUBIUM I.

Quid sit peccatum mortale, & veniale?

Resp. I. Mortale est, quod ob sui gravitatem, gratiam & amicitiam cum Deo solvit, pœnamq; æternam meretur. Dicitur, *mortale*: quia spiritualis vitæ principium, gratiam scilicet habitalem tollit, & mortem animæ affert.

Veniale est, quod ob suam levitatem gratiam & amicitiam non tollit, etsi fervorem charitatis minuat, & temporalem pœnam meretur. Dicitur, *veniale*: quia salvo vitæ spiritualis principio, scilicet gratia, languorem animæ facile curabilem infert, veniamq; facile consequitur.

Resp. II. Mortale peccatum duplex est: aliud est mortale ex genere suo, aliud ex accidente. Mortale ex genere suo est, quod per se lædit charitatem Dei,